

**7444** Heraclae, Asiniae Agrippin[ae] | Celeris<sup>1</sup> filiae stratori, | vix. ann. XXX, | . . . pisa Agrippinae vestip[lica | con]ugi bene meren[ti].

*Romae, iam Neapoli (VI 9901 vidit Mommsen).* — 1) *Est Ser. Asinius Celer, consul suff. a. p. Chr. 58, filius C. Asinii Galli et Vipsaniae Agrippinae, quae antea uxor fuerat Tiberii (Tac. ann. 1, 12 cet.).*

**7445** Hilario nom.<sup>1</sup> Cul|lionis<sup>2</sup>, vixit a. XXIV, | dedit Zoelus (*sic*) corin[[thiar.]<sup>3</sup> olam<sup>4</sup>. . .

*Romae in monumento libertorum Marcellae, de quo cf. ad N. 7879 (VI 4453 vidit Henzen).* — 1) *Nomenclatori.* — 2) *Fortasse hic Q. Terentius Culleo proconsul Siciliae sub Augusto, teste nummo Lilybitano (Prosopogr. imp. Rom. III p. 300 n. 53). Uxor eius servus infra N. 7885<sup>b</sup>.* — 3) *Idem videtur esse VI 33768.* — 4) *Ollam.*

**7446** [dis] | manibus [sacru]m | Primigenius L. Volusi | Saturnini<sup>1</sup> ser. ab hospitis et | paedagog. pueror. Charidi<sup>2</sup> cont. s. b. m.<sup>3</sup> | T. Iulius Antigonus gener eius | Spurinniae Niceni Torquatianae<sup>4</sup> | nutrici suae bene merenti | sanctae piae amantissimae | fecerunt, sibi et suis posterisq. eor.

*Romae, eodem loco quo N. 7403 (ubi cf.), 7406<sup>a</sup> rep. in monumento Volusiorum ut videtur (VI 7290. 27557 vidit Dellefsen).* — 1) *Cf. N. 7406 not. 1.* — 2) *Idem Primigenius L. n. ab hosp. cum eadem Charide VI 9474.* — 3) *Contubernali suae bene merenti.* — 4) *Torquatiana appellata, ut videtur, a Torquata Q. Volusi (N. 7418).*

**7447<sup>a</sup>** T. Statilius | Zabda | paedag. | Statiliae.

**7447<sup>b</sup>** [St]atilia T. l. Tyranis (*sic*) | paedagoga | Statiliae.

*Romae in monumento Statiliorum, cf. N. 7407, rep. (VI 6330. 6331).*

**7448** Felix German.<sup>1</sup>, | armiger Tauri f.<sup>2</sup>, | hic situs est.

**7449** Donatus Tauri German.<sup>1</sup> | hic situs est: sodales ei funus | fecerunt hom.<sup>3</sup> CXXX. X<sup>4</sup> CCXXV, | curatoribus Maximo, Helicone, Dapno.

*Romae in monumento Statiliorum rep. (VI 6229. 6221 vidit Henzen cum amicis).* — 1) *Alii Germani inter servos Statiliorum VI 6230—6237. 9191. Apparet ad exemplum domus imperatoriae, Statilios quoque Germanos armigeros sibi comparuisse. Cf. Mommsen Staatsrecht II ed. 2 p. 798 not. 7.* — 2) *Cf. N. 7407<sup>b</sup>.* — 3) *Homines.* — 4) *Denariis.*

**7450** Chius l., Sisennae<sup>1</sup> | silentiarius | ex conlégio<sup>2</sup> hic situs est; | curatores | Musaeus ostiar., dec., | Amaranthus<sup>3</sup> colorat. l., | Eros insular. dec., | de suo dant.

*Romae in monumento Statiliorum rep. (VI 6217 vidit Henzen).* — 1) *Cf. N. 7404.* — 2) *Cf. N. 7360.* — 3) *Idem est VI 6250. Alius colorator in eodem monumento VI 6251.*